

V

Upsala (Suecia) die 27 maji 1896.

Vir illustrissime!

Cl. Karl Starbäck me hortatus
est, ut judicio Tuo peritissimo
Spheroapsideas nonnullas pro-
ponerem, quas in Suecia, patria
mea, collegi. Quum earum studio
quam maxime delecter, neminem
autem habeam, quem de questi-
onibus difficilioribus consulam,
has Tibi mittere ausus sum,
cujus benevolentia omnibus myco-
logis cognita est. Adhuc formae,
quae mihi antea non descriptae

videnter; plures earum autem
publicare non audeo, priusquam
iudicium alicuius, qui in studio
Sphaeropsidearum versatur, peti-
vi.

Quod ad fungos imperfectos
attinet, patria mea, prope dicam,
terra est incognita; quam ob
rem facile multa ibi forma
nova sine dubio inveniri pos-
sint.

Me excuses, quod incommodum
Tibi affero! Defensio mea una
sit amor mycologiae maximus.

Exemplaria missa ne remittas.
Eas numeris signavi, ut solum
de quoque numero me certiorem
facias.

Litteras Tuas maximo cum
desiderio expecto.

Valeas.!

maxima cum obsecratione
de dictissimus

Tycho Vestergren
Institutio botanica

Upsala

Suecia.

Professor Dr P. A. Saccardo.

Padua.